

DE UNICORNU. 161
cum modulatores, corrumpebant. Occurrit ea *Pfal.* 21. *cornmate* 22. in versione *Æthiopica antiqua*, quæ Romæ prodiit, & in qua egregiam operam posuit R. P. *Jacobus Wemmers* Antverpianus, edito accurato vocom *Æthiopicarum Syllabo*, ubi *ፊሥ፡አሐዱ*. *Ahadu Karnu*, Monocerotem indicat communibus Orientalium radicibus.

C A P. XXI.

Rhinocerotis bina cornua. De iis in Geographo dubium. Cornua mobilia. Martialis approbatus. Rhinocerotis per partes descriptio, ubi corrigitur Geographus. Cornu Rhinocerotis Virtutes: ejusdem dens, & cornu minus.

AD Rhinocerotis porrò delineationem gressus referamus, quem cum *Dione* lib. 5 1. *histor. Rom.* & *Plinio* lib. 8. cap. 20. consentit *Ælianus* mellitissimus animalium descriptor, ut à *Barthio* vocabatur, Elephanti magnitudine par esse animal, unico in nare cornu modicè inflexo, sed tanti acuminis,